Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ria sunt corpori: quid prodest si fides si non
habeat opa mortua est in semetipa Sed in lucam
H. t. Offerebant ad iesum parvulos et infan-
tes ut eos tangeret Quod cum viderent discipu-
li: increpabant illos Jesus autem vocans illos
dixit Sinite pueros venire ad me: et nolite eos
vetare Talium est enim regnum dei Amen dico vo-
bis quicunque non acceperit regnum dei sicut puer non
intrabit in illud Dominica secta Introitus
Dominus fortitudo plebis sue et protector salutari-
um xpi sui est Salvum fac populum tuum domine et benedic
hereditati tue et rege eos usque in seculum Ps
Ad te domine clamavi deus meus ne sileas a me ne quando tacas
Gloria patri
Deus virtutum cuius est totum quod bonum est Oro. ame
est optimum insere pectoribus nris amorem
tui nominis. et pia. in nobis religionis augmentum
ut quae bona sunt nutrias ac pietatis studio que
sunt nutrita custodias Ad Romanos.
Fratres Quicunque baptizati sumus in xpo
iesu in morte ipius baptizati sumus Consepulti
enim sumus cum illo per baptismum in mortem: ut quo-
modo suscitatus xps a mortuis per gloriam patris. ita
et nos in novitate vite ambulemus Si enim com-
plantati facti sumus similitudini mortis eius.
simul et resurrectionis erimus: hoc scientes
quia vetus homo nr simul crucifixus est ut de-
struatur corpus peccati: ut ultra non seruiamus peccato
Qui enim mortuus est: iustificatus est
a peccato Si autem mortui sumus cum xpo credimus
quia simul etiam vivemus cum xpo: scientes
quod xps resurgens a mortuis iam non moritur